

53.

EPITHALAMIA,

DICTA

Solenni festivitati, & festivæ solenni-  
tati Nuptiarum

# IN SIGNIS PIETA-

TIS, DOCTRINÆ, VIRTUTUM-

QUE SPLENDORE PRÆSTANTIS VIRI-

juvenis, Dn. DANIELIS GESSINII. Clarissimi &

Præstantissimi viri, Dn. JOANNIS GESSINII,

Nova Urbis Pragensis Patricii

digniss. filii, Sponsi:

ET

Lectissima, pudicissimæ, nec non castissimæ virginis BARBARÆ

MLEINSKY, pia memoria Dn. NICOLAI MLEINSKY,

civis & Senatoris olim Reipubl. Zicensis, relicte filie,

Sponsæ: II. Maii, Anno CL CX.

Zaca celebratis,

Ab

Amicis, popularibus, & fratre.

•S( )S•

HERBORVM RASSOVIORVM,

Ex officina typographica Christophori Corvini.



EPI THALAMIVM.

HONORIS ERGO NUPTIIS


ORNATISSIMI AC DOCTISSIMI VIRI, DN. DANIELIS GESSINII, ROTU  
fratris domini Samuelis Geffinii sinceroris Philosophiae studiorum amici sui, scriptum

à

M. HENRICO GUTBERLETHO, in Illustri  
Scholâ Naslov. Herbornensi Profess.

**G**essinius secum reputans, quid corpore mancus,  
Amisi costam, sic ait ille, meam.  
Quare sollicitus circumspiciebat, an usquam Defectum posset restituuisse suum.  
Obtulit huius sese pulcherrima Barbara, mæstus  
Quid quoq; Daniel, sic ait illa, petis?  
Monstrorum tibi defectum mea membra replebunt,  
Addita si fueru nunc ego costa tibi.  
Rectius incedes firmato robore dextra?  
Me complementum si cupis esse tuum.  
Gessinius contrâ redeunt mea gaudia, dixit,  
Et nunc restitutor qui mutilatus eram.  
Nulla dies unquam fuisit mihi latior, ad sis  
Barbara, sis vita pulchra corona mee.  
Solaq; tu facies me pulchrâ prole parentem,  
Ibis in amplexus Barbara chara meos.  
Nubila si mentis fuerint, tu pellito sola,  
Rebus in adversis dulce levamen eris.  
Nos nisi mors tristis nil dissociaverit unquam,  
In nostro vigeant paxq; quiesq; toro.  
Talia Gessinius dum leto est ore locutus,  
En, quam sperabat, Barbara costa datur.

ALIUD.



## A L I U D.

### *Sponsus ad Sponsam.*

**Q**uanti te faciam, venusta sponsa,  
Ex hoc carmine disce, Barbara eja!

Barbara Eiarinān meorum Iaspis,  
Sapphirus Therinān meæ Camœnæ,  
Chalcedon & oporinān relucens,  
Item cheimerinān virens Smaragdus.

Barbara est mihi Sardonyx, & hæc est  
Morum Sardius elegantiorum,  
Casti Chrysolithus nitens pudoris.  
Beryllus radians tori jugalis.

Barbara est hyacinthus en vigoris!  
Barbara est amethystus en caloris!  
Hæc est Chrysoprasus meæ senectæ,  
Est Topazius hæc meæ juventæ.

Est Carbunculus hujus ecce cordis,  
Ardens en jecoris mei Pyropus,  
Est magnes animiq; sensuumq;,  
Spe constans adamas, fideq; constans.

Quid addam magis, ô venusta sponsa!  
Mei pectoris una margarita es,  
Sed cunctis preciosior lapillis,  
Gemmarum omnium es una sola gemma.

*Joan. Henr. Alstedius.*

## E P I T H A L A M I U M:

*Eodem autore.*

**S**ic est; qui Dominum veneratur pectori toto,  
Non vanis mundi curis consumitur unquam.  
Sic est; officio qui dextrè fungitur, altum

A 2

Ingreditur templum Virtutis, perq; id Honoris.  
Sic est; qui formicæ instar sibi tempore verno  
Mellificat, cùm sævit hyems, non destituetur.  
Sic est; si juvenis teneris incumbat ab annis  
Literulis, pulcrâ donatur virgine tandem.  
Sic est; si virgo sit prudens, casta, pudensq;  
Sortitur Dominum insignem pietate fideq;  
Exemplo res tota tuo patet, optime Sponse;  
Exemploq; tuo res hæc patet, optima Sponsa.  
Namq; Rebecca virum Jacobum, Saraq; Abramum  
Heic indepta virum. Tu Barbara barbara non es,  
Si mores, formamq; tuam spectem, mihi Sara,  
Sara salutaris, facili & pietate Rebecca.

---

A L I U D E J U S D E M  
A D S P O N S U M.  
De Cupidine.

Dic mihi, Sponse, locum, dic tempus, quando Cupido  
Indidit ardentes in tua corda faces?  
Altera si manuum pharetram gerit, altera flammæ;  
Dic, homines utrum Marte vel Arte domat?  
Dic mihi, si puer est parvus, si pusio tantum;  
Unde igitur gentes tot superare potis?  
Dic mihi qui posset non rumpere vulnere corpus,  
Cùm telis juvenum figere corda solet?  
Cur neq; dat flammæ ignis, neq; corda perurit,  
Omnia sub caelo corpora flamma vorat?  
Dic mihi, si cæcus, si lumine cassus utrog;  
Abditæ corda hominum qui penetrare potest?  
Nescius atberæas præpes volitare per auras  
Cur gravidus pennis brachia vana movet.

Joannes Philemon  
boni omnis ergo f.

AD

Arga quidem possunt natis dare dona parentes,

*AD S P O N S U M.*

**L**Arga quidem possunt natis dare dona parentes,  
Sed datur à solo casta marita D e o.

Casta marita Dei donum est. Tibi casta marita  
Contigit, hanc Jhovæ non nisi dextra dedit.  
Ergo tibi D A N I E L grator, sponse optime, lætor,  
Lætor, quòd talis sit tibi costa data.  
Qui vos conjugio sociavit ab æthere summo,  
Pronubus affervet Teq; Tuamq; domum.

Wenceslaus Sandion Hradicensis B.

---

SAMUEL GESSINIUS GERMANUS

Sponsi scriptit.

**S**icelides Musæ, quo nunc vos carmine tandem  
Alloquar? atq; lyrâ carmina mœsta canam?  
Flete pia Musæ, mecum lugete Camœnae,  
Nam cultor vester jura subit thalami.  
Ille olim Zaca multum sudavit & alfit,  
Rectè Musarum castra sequutus ibi.  
Iste etiam doctas sovit coluitq; Camœnae,  
Multis ad Musas ducor & autor erat.  
Limina Zacenfis fateantur id ipsa Lycei,  
Namq; ibi detentus satq; superq; suit.  
Eja Camœnarum doctissime & optime cultor,  
Cur jam fæmineo vis dare colla jugo?  
Talibus Aonia lugent heu flentq; Camœnae,  
Quando vident sua quòd castra valere jubes.  
Aß animus G E R M A N E tuus non tendit ad istud,  
Ut thalamo Spartam spernere junctus oves.  
Nam dulces Musas qui spernit, spernitur ipse  
Incultus, ruditus & dic age quid valeat?  
Sed Musas quicunq; colit, colitur quoq; ab ipsis,  
Et meritò fiet cultus & arte probus.  
Perge igitur, F R A T E R, suavissima bastia fige,  
Et subeat thalamo B A R B A R A chara tuo.

Quae pia, quaeq; pudens, prudens, proba, pulcra, pudica,  
Primaq; virginei, lausq; decusq; choit.  
O felix ô terq; quaterq; beatus!  
Cui venit hæc talis virgo pudica viro?  
Contigit ast talis, quam tumet discipiusti  
Irresolubilibus ritè ligare modis.  
Hoc tibi solamen semper veniente maligna  
Sorte, tibi semper dulce levamen adest.  
Gratulor ergo tibi, Frater charissime, Sponsam,  
Et precor hinc, vita millia fausta tue.  
Abjice nunc animum tristem curasq; malignas,  
Latitiam sumas pectore fronte, sono.  
Nam tibi nunc casu magnisq; parentibus orta  
Virgo datur, cordis dimidiumq; tui.  
Ulam ceu fas est summo complectere amore,  
Nectare & ambrosia, sit mage dulcis amor.  
Quod dum tu facies, orbatus tempore fies  
Curis, & thalamus sic erit haut tumulus.

Προσφώνησις

AD SPONSUM GERMANUM.

**Q**UO fugitas Frater, Musarum candide fautor?  
Quo traheris fatis? heus, heus, convertere & audi.  
Olim dixerunt præclara corona Sophorum,  
Nos terræ multum nostræ debere paternæ,  
Quæ proavos nostros, nec non servavit amicos.  
Hoc Plato divinus testatur, Tullius atq;  
Dum dicit, magnam partem ortus tecta paterna  
Poscere. Nam pietatis opus Patriam venerari.  
Tu quid ad hæc Frater? tu mœnia patria linquis,  
Mœnia, quæ multos te servavere per annos.  
Anne solum Patriæ tibi sordet? cur tibi Z A C A  
Usque placet? Te, ni fallor, Saturnia Juno,  
Excepit, virgo, quæ non est pulchrior ulla.  
Præclarum facinus! Tu pergitto tramite fausto,  
Perge bonis avibus, nec dicta morare Sophorum,

Quæs

4

Quis thalamus fordet, qui carpunt federa lecti.  
Jussa Dei facias, per te numerosa propago  
Prodeat, atq; Deum laudet facilemq; bonumq;  
Nempe dedere tibi Pragensia moenia cunas,  
Nunc tibi det thalami ZACA at celebrare triumphos.  
Vive igitur, sed vive memor patriæq; patrisq;  
Et matris, fratrisq; tui; simul ac sociorum.

### A D S P O N S A M.


**O**lim stelliferi magnus fabricator Olympi  
Dum fecit dextrâ sidera quoq; poli:  
Flumina produxit, terramq; animalia quoq;  
Omnia, que penetrant magna profunda maris.  
Ultimò at his hominem formâ produxit honestâ,  
Sidera & erectum cernere juſit eum.  
Hec dum constituit, rectè formavit Adamum,  
Et juſit mundi sceptrâ tenere virum hunc.  
**M**ox Deus ex costâ, castam fabricavit E V A M, qua  
Auxiliumq; viro consiliumq; foret.  
Hoc Deus exemplo voluit monstrare maritis,  
Ut sic ritè colant federa conjugii.  
Sicut costa latus munit, sic nempe mariti  
Fæmina quoq; latus munit & auxilio.  
Sic tu Castalidum decus ô pia Sponsa sororum  
Adsis, quod moneo, BARBARA chara viro.  
Dilige, nam fas est, charum tibi ritè maritum:  
Anchora namq; tibi certa maritus erit.  
Rebus in adversis dulci soletur amore  
Temet, & hinc alis obtegat ipse suis.  
Talia sed quid ego tibi nunc ô BARBARA fundo?  
Cum probasis, piassis, satq; superq; pudens.  
Sed nunc abrumpam, tibi fauſtag; millia dicam,  
Ut fias domino dulce levamen! Amen.

V O T U M.

O ConjugI fautor Deus !  
Adesto nunc connubio  
Isti, pii quò conjuges  
Felicitentur jugiter.  
Felix eat, precor, precor,  
Torus, pater sanctissime,  
Fœcunda proles ut siet,  
Nec non tuum nomen canat.  
Regas pater sanctissime  
Tuo sacrato flamine,  
Ut sint tori hujus federa  
Æterna, firma, suavia.  
Vos nunc Deo dulcilyrâ  
O Sponse, Sponsa, candidi  
Noctes diesq; carmina  
Ferte & referte ad sidera.  
Fausti precor jam vivite,  
Et nubila hinc propellite,  
Vos Nestoris dies senis  
Æquate, voveo, maxima !

F I N I S.





the scale towards document

i carpunt federa lecti.  
erosa propago  
facilemque; bonumque;  
sia incenia cunas,  
at celebrare triumphos.  
r patriæque; patrisque;  
l ac sociorum.

## O N S A M.

ricator Olympi  
era queque; poli:  
malia queque;  
igna profunda maris.  
roduxit honestam,  
e justit eum.  
vit Adamum,  
nere virum hunc.  
bricavit E V A M, que  
magis foret.  
rare maritis,  
conjugii.  
e mariti  
it & auxilio.  
ponsa sororum  
B A R A chara viro.  
ite maritum:  
maritus erit.  
nore  
et ipse suis.  
ARBARA fundo?  
superque; pudens.  
que; millia dicam,  
men! Amen.